DE SANGVINE ET PITVITA, ORDINARIA

disputatio, præsidente Domino Martino Drenbeck &c. artium & Medicinæ Doctore, ac eiusdem facultatis Decano.

Proposita

Secundo Nouemb: in gymnasio Lipsensi Anno 1556.


Respondentibus

Venerandis Dominis, artium & Philosophiæ Magistris, & Medicæ artis Baccalaureis, pro Licentia in ea arte consequenda:

M. Marco Pfeiffer.
M. Matthęo Flacco.
M. Andrea Ellingero.

LIPSIAE


Excudebat Georgius Hantzsch.
1556.



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

Odręczny spis tytułów

SD 4122 II
SD 4123 II
SD 4124 II
SD 4125 II
SD 4126 II
SD 4127 II
Inc. 331
SD 4129 II
SD 4130 II
SD 4131 II
SD 4132 II
SD 4133 II
SD 4134 II
SD 4135 II
SD 4136 II
SD 4137 II
SD 4138 II
SD 4139 II
SD 4140 II
SD 4141 II
SD 4142 II
SD 4143 II
SD 4144 II
SD 4145 II
SD 4146 II
SD 4147 II
SD 4148 II
SD 4149 II
SD 4150 II
SD 4151 II
SD 4152 II
SD 4153 II
SD 4154 II
SD 4155 II
SD 4156 II
SD 4157 II
SD 4158 II
SD 4159 II
SD 4160 II
SD 4161 II
SD 4162 II
Inc. 331 b
Rkp. XVI wiek




BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

In hoc libro contenta

1 Carmen p̄ Iuvenca mediana, & de peste, Gab: Ayala Port. G.
2 Pompeia epigon medica, eiusde, Antherpiae ao 62 L
3 Podagrae libri elegiaci p̄ Ecb: Hessu. Tlogishio, 51 C.
4 Febris dialogis Hutteniq, 14 breviadi Lilhoeq A.
5 In C Plinij l. 30 cap: 12. Tlagiae Apologia Trutenq. G
6 Matheoli tract de artificiali memoria. A
7 Ars memorandi Ge: Sibilij a poëmata alios A.
8 Vespertilio excusa p̄ Ioan Cornarium ao 45 Tiael in Tlorelio.
9 Nitea ac Brabyla p̄ Virg: excusa serenanda p̄ eid Aug. E
10 Ad illiberes calumnias Tuthi, rusio Egenolphi B.
11 Disputo de testium nia & mial seminis nia D. Roth a
12 Disp: Wenceslaj Baiery p̄ D. Roth. Afeil.
13 Disp: Henrici Skenerj, de morbo Gal.
14 Disputo D. Aurebachij de pleuritide &c. D
15 Disputonis diae D. Rotha p̄ Doctorandis aliqs.
16 Disp: D. Aurebachij, de Rbo Comitiali.
17 Disp: Caspi: Naeij de Phlebotomia. ao 48.
18 Disp: D. Tenchij, p̄ Reitzachero doctorando.
19 Disp: D. Menecij de asthmate, endente Pelio. ao 49. C
20 Disputo D. Roth cum Paracelsicis de Phlebotomia diei
21 Altercatio & purgatio Criminis D. Naeij, ao 51. C
22 Disp: de phlegmone, Hamilleij & Flacij.
23 De bolione & balneis D. Aurebachij & Tlagelbis E.

24 Disputata Jacobi Melichij q Peucero a Nathero.
25 Disp. P. Rolli q Bedino, Macholdo.
26. Disp: de causis febrium in genere, D. Clorinj.
27 Disp: P. Sim: Scherbij de Arthritide Medica.
28 De sang a pituita D. Peembork q 3 Doctore
29 D. Deembork q doct 30 Quaest medica D
31 De calore a spiritu natiuo disp Menceij a Steinmetz. C.
32 De anno a eius generibus D. Hofmann a Scherbij
33 De lacte disp: Pfeiferj a M. Barth. 34 Ecstasis Stracke
35 Memoria Hipp a Gal. D Deembach a M. Barth.
36 Regula medendi ratio D. Menceij. C.
37 Cur a principium cardinalium D. Tabij Regiomon. C.
38 Diuinatrices Apollinis natiue Dirae Lamiae Faiseuae
39 Origo a ea vetus q Bernhardi Lincelbergij
40 Cur Dy Pestilentij D. Henrici Stromeri 41 D. Kentmanij.
42 Von vngetzieferen. 43. Vom Vnrein Creatur
44 Facultas a mores mulieris carm. 45 Cathyges D. Pictorius E.

DE SANGVINE ET PITVITA, ORDINARIA

disputatio, præsidente Domino Martino Drenbeck &c. artium & Medicinæ Doctore, ac eiusdem facultatis Decano.

Proposita

Secundo Nouemb: in gymnasio Lipsensi Anno 1556.

Respondentibus

Venerandis Dominis, artium & Philosophiæ Magistris, & Medicæ artis Baccalaureis, pro Licentia in ea arte consequenda:

M. Marco Pfeiffer.
M. Matthęo Flacco.
M. Andrea Ellingero.

LIPSIAE

Excudebat Georgius Hantzsch.
1556.

MARTINVS DRENBECK ART. & Medicinæ Doctor eiusdem facultatis Decanus Lectori S.

CVM uniuersæ artis medicæ fundamentum, in uera cognitione humorum consistat, & superioribus annis de utraq; bile tam flaua quam atra disputationes ordinariæ propositæ sint. libuit etiamnum deuoluto ad me disputãdi munere, materiam hanc pertexere, quod ea nec utiliorem nec magis necessariam deligi posse iudicarem. Et quia reliqui erant sanguis & pituita, de horum natura, quoad fieri potuit breuissimè, (Nam angustia temporis accuratius omnia pensitare non sinebat) conclusiones aliquot conscriptas scholæ nostræ discutiendas proponere. Sanitatis certè & ægritudinis causæ potissimum sunt humores, si uel temperati uel distemperati fuerint. Qua de re magnopere expedit, naturas eorum probè cognitas ac perspectas habere. Multi enim in hac parte cognitionis grauiter errare atq; hallucinari reperiuntur. Nemo est uel mediocriter peritus, qui ignoret, quam atrocium morborum semina, tum defectus tum excessus ipsorum ratione produci soleant. Quia uero & respondendi ad obiecta munus uenerandis D. bonarum artium Magistris & Medicinæ baccalaureis obeundum nunc est, quo eruditionis illorum & doctrinæ testimonium certius perhibeatur: proposuimus has quæstiones, ut non modo priuato, sed & publico examine declaretur, quod digni sint, quibus hominum salus committatur, & palam fiat, hoc iam inde à maioribus nostris singulari consilio institutum fuisse, ut labores, studia atq; uigilias, honores ac dignitates consequantur. Vale.

SD 4447 II



Sanguis naturalis, in epate generatus, & p venas in corpus distributus, colore ru-
Vtr. ber, carens fætore, dulcis, ab omni superua caneo humore purus.
Ad essentiam membrorũ corporis sufficiat: & horum proprium alimentum esse possit.

CONCLVSIONES.

I.

Sanguis ex meliori & optima parte chyli, vt est dulcis & unctuosa, procreatur.

II.

Chy'um igitur ope venarum meseraicarum, & quadam sanguinis forma obumbratum, iecur excipit.

III.

Non modo caloris beneficio, sed iecoris ingenita proprietate, sanguis conficitur. Inde geniti iã sanguinis portionem familiarem ac benignam sibi iecur agglutinat, sibiq; nutritione perfecte assimilat.

IIII.

Reliquam redundantem sanguinis partem in uenam cauam perlabi sinit, vbi sine negotio exquisitius, insita ví, in summum perfectionis gradum elaborat.

V.

Sanguis e venis amplioribus ſubinde in anguſtiores, tum ſui qualitate, tum proprietate profluens, commutatione naturam partis aſſumit, & in omnes partes vſq; ad humoris appoſitionem influit ac conglutinatur.

VI.

Proportio ſanguinis abſoluti in corde, ad ſanguinem generatum in hepate, eſt proportio formæ ad materiam.

VII.

Solum dulce, Ariſt. ac multorum aliorum ſententia, nutrit: ſic ſanguis ſolus qui omnium humorum eſt optimus, nutrit.

VIII.

Licet alij humores corpus nutriant, tamen non vniuerſum, ita vt ſanguis facit.

IX.

Neq; nutriunt ſoli, ſed commixti ſanguine & eo dominante.

X.

Vt non omnes ex eadem & ſimili ſubſtantia naſci, ſic nec eadem nutriri ac ſuſtentari queunt.

XI.

Hinc craſſiorem eius portionem, ſolida trahunt, humidiorem, molliora membra, & ſic ex ſimili quadam ac idonea materia partes ſingulæ nutri-

untur

untur, dum vnumquodq; sibi familiare & amicum haurit.

XII.

Ex his sequitur, sanguinem dicta ratione omnium commune alimentum esse.

XIII.

Hac de causa sanguis, e iecinore proueniens ac maioribus venis inclusus, exquisite purus esse nõ potest.

XIIII.

Extra corpus tamen a cæteris humoribus seiungitur

XV.

Necessarium inde est, ob alendarum partium diuersitatem nasci humorum differentias, harum enim vt alia calidior est, alia frigidior: sic alia mollior, alia durior.

XVI.

Sanguis siue foras, siue in ventrem vel aliud quoduis spacium, aut capacitatẽ inciderit, quod reliquorum humorum nulli est concessum, per fibras quas continet albas, concrescit.

XVII.

Quod si alienus a concretione foret, corpus alendi, & in substantiam solidiorẽ conuertendi vi careret.

XVIII.

Sang-

Sanguis non omnis, sed is tantum cuius color rubeus, odor bonus, naturalis dicitur.

XIX.

Licet hic humor temperatus sit, siquidem non nisi a calore temperato originem trahit: calidum tamen & humidum esse non repugnat.

XX.

Eius generis pituita dulcis est, quia a sanguinis forma parum abest, nam facili mutatione in ipsum transit.

XXI.

Sanguis totus in sanis dulcis est, si autem bile perfunditur, sapore inficitur, quemadmodũ fellis tantillo copia lactis.

XXII.

Locus sanguinis sunt venæ & arterię, nam in his sanguis naturaliter continetur.

XXIII.

Arterialis a venali, tenuitate & caliditate distat.

XXIIII.

Sanguis in sanorum venis, pituitæ & vtriusq; bilis est particeps. Nam alia pars tenuis ac flaua, alia liquida & albescens, alia crassa atq; nigra, alia deniq; mediocris & rubea est.

XXV.

Sanguis naturalis est, qui omni vitio vacat, & re- reliquis humoribus sibi commixtis, dominatur.

XXVI.

Non

Non naturalis autem dicitur, qui mutatus est vel alterius humoris admixtione, vel in substãtia quantitatem vel qualitatem disproportionalem habet.

AD SEQVENTIA RESPONDEBITVR AM. Mattheo Flacco.

XXVII.

Sic ob diuersitatem temperaturarum diuersa ebriorum accidentia fiunt. Etenim sangninei ebrij gaudent, cantant, rident, lętantur, plus quam in pueriles ineptias incurrunt: Contrario modo bilioſi se habent, nam diuersos effectus diuersi humores mouent.

XXVIII.

Errant toto cœlo, qui temere ac citra rationem, ad venæ incisionem accelerant, & humorem nobilissimum eliciunt.

XXIX.

Huius namq; absumtione, mors paulo post sequitur, inde mortuos exangues appellamus.

XXX.

Synocham ob maximam sanguinis super calefacti copiam, absq; putredine fieri, Indicat Galeni curatio ad lypothomiam.

Non

XXXI.

Non negamus hanc quoq; fieri a putredine, cum ichor in massa sanguinis existens, putredinis causa sit.

XXXII.

Alias in omni detractione sanguinis seruetur modus, ne vitæ thesaurus adimatur.

XXXIII.

Non semper a qualibet missione sanguinis, refrigeratio sequitur.

PROBLEMATA

I.

An chylus in iecore anteq; perfecte concoctus sit, pituita dici possit?

II.

An sanguis, pituita, ac reliqui humores, vno eodemq; calore in iecore generentur?

III.

An sanguis, vt caloris vitalis, sic & totius corporis præcipuum pabulum: tam in ęgris, quam in sanis, pro iuuamento citra noxam, extrahi queat?

IIII.

An sanguine, cui plurimæ insunt fibræ, robustior natura indicetur?

Disputa-

DISPVTATIO DE PITVITA, AD QVAM RESPONDEBIT M. Andreas Ellinger.

QVAESTIO.

Vtrum, Pituita humor vel succus natura frigidus & humidus, ex crassis ac glutinosis cibis concrescẽs, inde lentus & piger, tũ p se, tũ aliorũ humorum admixtione alteratus: varias ac horrendas morborum occasiones afferre possit.

CONCLVSIONES

I.

Etsi pituita naturalis, cũ pars sit chyli aut parũ aut nihil ab ipso distare videtur:

II.

Pituitã tamẽ ex frigidiore & aquosiore cibi parte, chylum ex pinguiore generari dicimus.

III.

Succum omnem alias in corpore frig. & humidum, Galenus pituitam vocare solet.

IIII.

Pituita naturalis primum in ventriculo generata vt Galenus vult, iusto dein tempore virtute secundæ digestionis, in iecore beneficio caloris naturalis, in sanguinem transmutatur.

V.

Tam chylus q̃ꝑ pituita in epate naturaliter in sanguinis naturam abit.

VI.

Pituita dulcis q̃ proprie sic dicitur succus alimẽtarius, est totius sanguinis portio crudior, & parum a sanguinis forma abest.

VII.

Facile tamen ob debilis caloris coctionem acescit.

VIII.

Leui alias mutatione in sanguinem transit, sola coctionis integritate ab eo distans.

IX.

Hinc & sanguis semicoctus vocari sæpius solet & nos cum Galeno nutrimentum semidigestum esse credimus.

X.

Generationis etiam locus proprie in venis & iecore est, tametsi ventriculum primum esse non negemus.

Non

XI.

Non euacuari naturalis pituita, sed corpori per alterationem iungi desiderat.

XII.

Ex alimentaria duæ primę pręter naturam pituitę species facile emergunt, prima quidē ac proxima, quę ab aliquibus acida, a nonnullis cruda nominatur.

XIII.

Hæc minus q̄p vitrea, magis quam dulcis frigida iudicatur.

XIIII.

Altera salsa vel ex dulci putrescente, aut salsę serosę humiditatis admixtione nata.

XV.

Pituita omnis nisi salsa fuerit frigida & humida natura est.

XVI.

Salsedo namq̄, vt Aristoteli placuit fit, quando humori aquoso partes terrestres, imo siccæ & amarę, in debita proportione admiscentur.

XVII.

Est & innaturalis pituitæ spē, quę screatu reiicit sensibilem obtinens dulcedinem, vnde & nomen contraxit.

XVIII.

Quæ vero vitro fuso, tum colore tum consistentia similis est, ob id vitrea a Praxagora nominata,

caloris vi occlusa, membris tenaciter adhęrens, gen eratur.

XIX.

Atque hęc non modo in stomacho magnum fastidium & Ἀνορεξίαν efficit, sed & in locum aliquem impacta, ingentes cruciatus excitat, vt experientia docet.

XX.

Quæ vero ex cerebri nutritione tanq̃ inutilis superfluitas congesta, per nares & palatum destillat, etsi pituitæ temperamentum ac formam suscepisse videatur: nequaquam tamen verę pituitę nomen meretur.

XXI.

Sicut nec ea quę simili ratione in ventriculo ac intestinis procreari solet.

XXII.

Nam eiusmodi pituita, extra venas est in moderata quantitate & qualitate, & loca sua habet a natura destinata. Nam ad conficiendum cibum in ore iuuat, ac ventriculum a mordacitate ac duricie cibi tuetur.

XXIII.

Tempore tamen indigentię ac penurię sanguinis, nihil prohibet quin pro alimento trahatur.

Illa

XXIIII.

Illa mucilaginosa ac viscida (quę etiam in cerebro vt in loco frigido & humido, ex vaporibus ascendentibus colligitur) ex cibis crassis & lentore quodã prędĩtis, vel ob ventriculi vel intestinorũ imbecillitatem causatur.

XXV.

Gypseam quam alĩ adĩciunt, Galenus sub vitrea complexus videtur, ea namq; ex concretione, caloris vi, ita indurescere potest, vt a lapidis natura non procul absit.

XXVI.

Hanc quidem in pulmonibus & digitorum articulis, in calculi duriciem intolerabilem euasisse compertum est. Quapropter pituitę nomen amplius non retinet.

XXVII.

Quicquid autem pituitę aut mucilaginosum in intestinis relinquitur, a bile ex iecinore in ea defluente absterſum, commodissime ac celerrime per sedem deĩcitur.

XXVIII.

Redundantiam humoris istius, totius corporis habitus aut constitutio demonstrat. obesior nãq; habitus, color albicans, ob natiui caloris penuriam, sępe etiam liuescens ingluuies, vita in ocio de-

ses

ſes ac ſine curis, ſomnus a cibo longus ac frequens, ſuperfluitatum ſuppreſsio, & ſi qua ſunt alia, pituitam ſane congerunt ac demonſtrant.

XXIX.

Inde febres ac lentas ægritudines procreat.

XXX.

Pituita ſalſa uel bilis permixtione, vel ex putredine inducta, vnde calorem preter naturam acquirit, ſapore ſtimulans, fæda ſcabie plerunq; deprehenditur.

XXXI.

Salſa ob putredinem contractam, parum benigni in ſe continet. Ideoq; priuſquam erodendo noxam inferat, expelli citra moram poſtulat.

XXXII.

Salſa autem ob bilis admixtionem leniorem coquendi opem requirit.

XXXIII.

Duob. alijs pituita preſidijs, calefacientibus nimirum & incidentibus, ad eductionem preparanda eſt.

PROBLEMATA AB INSTITUTO non aliena.

I.

Pituita ne an potius ſanguis pituitoſus nutriat? An

II.

An quibus in corporibus crassi sunt humores, ea magis resistant causis morbificis, quam in quibus sunt subtiles?

III.

An pituita, in bilem atram transmutari possit?

IIII.

Cur natura pituitę non proprium locum, vt reliquis humoribus ordinauit?

V.

An sanguis ex chylo genitus, eiusdem naturę & speciei sit cum sanguine qui fit ex pituita naturali?

VI.

Quæ causa sit cur febris quartana diuturnior sit quotidiana, cum atra bilis copia multo minor pituita in corpore humano contineatur.

FINIS.





